



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

2. De generali vocati ne ad imitatione[m] Christi in studio perfectionis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

**II.** *De generali vocatione ad imitationem  
Christi in studio perfectionis.*

I. **E**xpende, quām promptē Filius  
aeterni Patris, constitutus Rex  
ab eo super mōrem sanctum eius, prē-  
dicaturus præceptum eius, venerit in  
mundum factus homo, ad expugnan-  
dum destruendumque regnum diabo-  
li, & dilatandum stabiliendumque re-  
gnum Dei, ad principes tenebrarum  
cum satellitio suo, peccato, carne,  
mundo, forritter debellandos, electos  
que ē miserabili seruirute tot infestif-  
fimorum hostium misericorditer libe-  
randos: idque quām ardenti zelo glo-  
riæ Patris & humanæ salutis promo-  
uendæ? quā reuerentia, amore, gau-  
dio merito ab omnibus agnoscendus  
& excipiendus foret talis Rex infini-  
tæ potentiaz, sapientiaz, bonitatis, qui  
possit, sciat, velit omnes, omnium sub-  
ditorum necessitates subleuare, qua-  
ra alacritate illi omne obsequiorum  
genus deferendum, qui non grauas  
tributis subditos, sed debitos exsol-  
uit; non exhaustit, ut ipse abundet, sed  
egenus factus est, vt eos diuites red-  
dat; qui non imponit graues leges,  
quas ipse non seruet, sed suaves, quas  
ipse

ipse ex amissim obseruando suauiores reddit? Gratitudo, amor, zelus tam benigno Regi fideliter seruendi.

II. Quām benignē omnes ad hanc sacram expeditionem secum suscipiendam inuitet, consilij sui rationem illis exponendo, videlicet, decretum si. bi esse iuxta sanctissimum æterni Patris beneplacitum dæmoni, mundo, carni, cum vitijs & concupiscentijs omnibus bellum indicere, militesque conscribere, qui armis humilitatis, contemptus sui & mundi, paupertatis & patientiæ muniti generosè secum prædictos hostes aggrediantur, ijsque profligatis cœlestem Patris regiam secum triumphantes introire mereantur, ac proinde quotquot huic sacræ militiæ nomen dare voluerint, conformare sese opertere duci suo in laboribus, ærumnis, periculis, persecutionibus, iniurijs, opprobrijsq; subeūdis in hac vita, si velint secum gloriose æternū regnare in futura, iuxta illud:  
*Si quis mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus erit.*

Quis tam honorificam respuat conditionem? quid enim glorioſius militi Christi, quam eidem in omnibus assimilari? *Gloria magna est sequi Domum.* Eccl. 23.

Ff 4 num.

*num.* Gratitudo , zelus Christum in  
prædictis imitandi.

**III.** Quàm suaviter insuper & efficaciter omnes ad sua vexilla sequenda alliciat. 1. Tot, tamque gratuitis beneficijs omnes & singulos sibi deuin ciendo, iuxta illud : *In funiculis Adam iraham eos, in vinculis charitatis.* 2. Ex emplo suo omnibus præcendo, ut multò potiore iure quàm Gedeon & Abimelech dicere possit : *Quod me ridebis facere, facito.* 3. Victoria certissimam, si per eos non steterit, & coronam amplissimam promittendo. Affectus ijdem.

**III.** *De peculiari vocatione ad imitationem Christi in studio eximiae perfectionis.*

**I.** *E*xpende , quanta sit dignatio Christi, te, præ tot alijs, qui vel vocantem audire renuunt, vel eminustantum, quoad obseruationem præceptorum sequi satagunt, ad perfectiorum sui imitationem , etiam quoad obseruationem consiliorum peculiari gratia sua tam efficaciter extitantis. Quàm grato proinde, prompto , hilarique animo te tantæ gratiæ cooperari oporteret in assiduo studio con-

tinui-